De Graecorum verbis mediis, passivis, deponentibus recte discernendis ac de deponentium usu.

Ankündigung

der

Donnerstag den 4ten und Freitag den 5ten Oktober 1827. Vormittags von 9 und Nachmittags von 2 Uhr an

in dem Friedrichs-Gymnasium

anzustellenden

öffentlichen Prüfung,

so wie

der zu haltenden Stiftungsrede

und anderer Schulfeierlichkeiten,

zu denen

die Gönner und Freunde des Schulwesens

ergebenst einladet

der Direktor des Gymnasiums,

Dr. Ernst Friedrich Poppo.

Herrn Prof. Wunder Wohlgeb.

Frankfurth a. d. O., 1827.

gedruckt bei Trowitzsch und Sohn, Hofbuchdrucker.

1827

Quum Latina libelli pars ob Graecorum vocabulorum, quae inserta sunt, multitudinem et typorum Graecorum officinae Francofurtanae penuriam Berolini excusa sit, lectores benevoli errores typographicos, qui forte irrepserint, auctori ignoscent.

I.

DE MEDIIS, PASSIVIS, DEPONENTIBUS RECTE DISCERNENDIS.

Nemo, qui literis Graecis diligentiorem operam navavit, ignorat olim inter Lud. Kusterum, Jo. Clericum aliosque de vi verborum mediorum multum esse disputatum. Quae disceptationes facilius essent compositae, si et deponentia a mediis diligentius discreta, et primam medii significationem, ex qua activo cum accusativo pronominis reciproci, si hoc nomine etiam reflexivum, quod grammatici nostri barbare vocant, complectimur, juncto respondet, rarius forma media exprimi intellectum esset. Nam a posteriore quaestione ut incipiamus, quemadmodum Latine *occupor*, *delector*, *exerceor* non solum ibi recte dico, ubi ab aliis negotia, gaudia, exercitationes mihi parantur, sed etiam ubi ipse me occupo, delecto, exerceo, ita Graece eadem notio multo saepius passivo quam medio declaranda est. Utrum autem genus ponendum sit, ideo difficilius cognoscitur, quod praesentis, imperfecti, perfecti et plusquamperfecti formae passivo et medio communes sunt. Supersunt igitur futurum et aoristus. Ex quibus aoristum si spectamus, dici vix potest, quam saepe in Lexicis nostris vulgaribus, et maxime a Passowio, licet hic subtilitate et diligentia aliis in rebus antecessores longe superaverit, medium verbis male tributum sit, *) quae in ea significatione, ex qua aliquis a se ipso aliquid patiatur, praesertim quandocunque illa reflexiva vis ab intransitiva tandem non multum differat, aut

*) Pauca ejus erroris exempla exhibita sunt a censore hujus lexici in ephemeridibus Ienensibus, quae in nostra recipere non dubitavimus. Ad alia detegenda plurimum contulit Stephani Thesaurus, cujus tamen non recens in Anglia divulgato exemplo, sed vetere uti coacti fuimus.

Quum Latina libelli pars ob Graecorum vocabulorum, quae inserta sunt, multitudinem et typorum Graecorum officinae Francofurtanae penuriam Berolini excusa sit, lectores benevoli errores typographicos, qui forte irrepserint, auctori ignoscent.

I.

DE MEDIIS, PASSIVIS, DEPONENTIBUS RECTE DISCERNENDIS.

Nemo, qui literis Graecis diligentiorem operam navavit, ignorat olim inter Lud. Kusterum, Jo. Clericum aliosque de vi verborum mediorum multum esse disputatum. Quae disceptationes facilius essent compositae, si et deponentia a mediis diligentius discreta, et primam medii significationem, ex qua activo cum accusativo pronominis reciproci, si hoc nomine etiam reflexivum, quod grammatici nostri barbare vocant, complectimur, iuncto respondet, rarius forma media exprimi intellectum esset. Nam a posteriore quaestione ut incipiamus, quemadmodum Latine *occupor, delector, exerceor* non solum ibi recte dico, ubi ab aliis negotia, gaudia, exercitationes mihi parantur, sed etiam ubi ipse me occupo, delecto, exerceo, ita Graece eadem notio multo saepius passivo quam medio declaranda est. Utrum autem genus ponendum sit, ideo difficilius cognoscitur, quod praesentis, imperfecti, perfecti et plusquamperfecti formae passivo et medio communes sunt. Supersunt igitur futurum et aoristus. Ex quibus aoristum si spectamus, dici vix potest, quam saepe in Lexicis nostris vulgaribus, et maxime a Passowio, licet hic subtilitate et diligentia aliis in rebus antecessores longe superaverit, medium verbis male tributum sit,[a]) quae in ea significatione, ex qua aliquis a se ipso aliquid patiatur, praesertim quandocunque illa reflexiva vis ab intransitiva tandem non multum differat, aut

---

a) Pauca ejus erroris exempla exhibita sunt a censore hujus lexici in ephemeridibus Ienensibus, quae in nostra recipere non dubitavimus. Ad alia detegenda plurimum contulit Stephani Thesaurus, cujus tamen non recens in Anglia divulgato exemplo, sed vetere uti coacti fuimus.

semper in passivo ponantur [b]) atque medium, si qua habent, activae no-

---

b) Itaque corrige Passowii Lexicon medium statuens in αἰωρεῖσθαι, *se suspendere, pendere* (ἐπαιωρ. συναιωρ. ὑπερ.), ἀνιᾶσθαι, *dolere*, ἀπαλλάττεσθαι, *discedere*, αὐξάνεσθαι (συναυ.), *crescere*, βαρύνεσθαι, *gravari*, βαρβαροῦσθαι, *efferari*, βρέχεσθαι, *madefieri*, et, ut Latina omittamus in γυμνάζεσθαι (συγγυμν.), δεκάζεσθαι, δεσπόζεσθαι, διαιτᾶσθαι, ἐθίζεσθαι, ἐλελίζεσθαι, ἑλίσσεσθαι, ἐμπλάζεσθαι, ἐναλλάσσεσθαι (διαλλ. συναλλ.), ἐνταράσσεσθαι, ἐπαίρεσθαι, ἐπείγεσθαι, ἐπιδιαῤῥήγνυσθαι (ἐπικαταρ. προςαναρ.), ἐπιφαίνεσθαι, (προφ. in simplici φαίν. quodammodo indicatum est,) ἐπιχλιαίνεσθαι, ἑστιᾶσθαι (συνε.), εὐθυφορεῖσθαι, εὐνάζεσθαι, et εὐνᾶσθαι (συνευ.), εὐφραίνεσθαι (ὑπερευ.), εὐωχεῖσθαι (κατευ. συνευ.), ἐφοδιάζεσθαι, (cujus medium significat *viaticum exigere*), ἡδύνεσθαι, ἡλιοῦσθαι (ἐξηλ.), θεοφορεῖσθαι, θερμαίνεσθαι et θηλύνεσθαι, θηριοῦσθαι, θυμοῦσθαι, ἱπποῦσθαι, καινοῦσθαι, καίεσθαι (προςκ. συγκ.), κακίζεσθαι, καρκινοῦσθαι, καταβαπτίζεσθαι, καταπήγνυσθαι, κατασήπεσθαι, (συσα. in simplici recte passivum memoratum est, quae inconstantia etiam in aliis verbis plurimis deprehenditur, ut statim in σμύχεσθαι,) κατασμύχεσθαι, κατασύρεσθαι, κατατήκεσθαι (συντηκ.), κατατοκίζεσθαι, καταφέρεσθαι (παραφ. περιφ. al. comp.), καυματίζεσθαι, κινεῖσθαι, κνισσᾶσθαι, κολποῦσθαι, κονιᾶσθαι, κραδαίνεσθαι, κρέμασθαι (ἐπικρ. προςκρ.), κυδροῦσθαι, κυλίεσθαι (προκ.), κωφᾶσθαι, λυγίζεσθαι, λυπεῖσθαι (συλλ.), λυσσοῦσθαι, μαλακίζεσθαι (καταμ.), ματαιοῦσθαι, μεθαρμόζεσθαι, μεθιδρύεσθαι, μεθύσκεσθαι, μελαίνεσθαι, μετεωρίζεσθαι, μονοῦσθαι, ξενίζεσθαι, ὀγκοῦσθαι (ἐξογκ.), ὀδυνᾶσθαι, ὀξυθυμεῖσθαι, ὀργίζεσθαι (ἐξοργ.), παρακομίζεσθαι, παραλύεσθαι, περαίνεσθαι, περιδινεῖσθαι, περισφάλλεσθαι (συσφ. ὑποσπ.), πικραίνεσθαι, πλανᾶσθαι (περιπλ.), πληθύνεσθαι, πορεύεσθαι, προςκολλᾶσθαι, πτοεῖσθαι, ῥαίεσθαι, ῥώννυσθαι (προςρ.), σαλεύεσθαι, σείεσθαι, σπέρχεσθαι, στεατοῦσθαι, στειροῦσθαι, στρεβλοῦσθαι, στρέφεσθαι (ἐπιστρ. et al. compos.), συμβιβάζεσθαι, συναλίζεσθαι, συναναμιμνήσκεσθαι (ὑπομ.), συνέχεσθαι, συνοικειοῦσθαι, συριγγοῦσθαι, συστέλλεσθαι, (in simplici στέλλεσθαι quodammodo indicatum est,) σφαιροῦσθαι, ταλαντοῦσθαι, τεκνοῦσθαι, τρέφεσθαι (συντρ.), τρίβεσθαι (συντρ.), τυφλοῦσθαι, τυφοῦσθαι (et comp.), φαντάζεσθαι, φθείρεσθαι (ὑποφθ.), φιλιοῦσθαι, φλέγεσθαι, φοινίσσεσθαι, φύρεσθαι (φυραθῆναι), χαυνοῦσθαι, χορτάζεσθαι. Haec omnia verba, quorum aoristi passivi Stephani thesauro certissime stabiliuntur, et quibus analogia duce ἐρυθραίνεσθαι, φαιδρύνεσθαι, χλιδαίνεσθαι, et similia adiicienda sunt, aut plane medio carent, aut, si unum alterumve eorum id accipit, non vim reflexivam atque intransitivam ei dant, ut Passowius dixit, sed eam, quae statim declarabitur in adnotatione. Ita quominus ἐγυμνασάμην seu ἠσκησάμην τὸ σῶμα, *corpus meum exercui*, dicamus, nihil obstat, et quod Thucydides in praesenti scripsit ἐπειγομένων αὐτῶν τὸν πλοῦν, in aoristo exararetur ἐπειξαμένων; sed solum ἠσκησάμην pro *exercui me* et ἠπειξάμην pro *festinavi* so-

tioni cum aliquo respectu ad subiectum intelligendae servent; [c]) aut saltem passivum aeque atque medium admittant [d]) et in prosa oratione plerum-

---

loecum est. Vides autem ex his, quantopere augendus sit numerus verborum a Buttmanno Gr. §. 123. 2. positorum, quae aoristo medii pro passivo utantur.

c) In his igitur verbis medium accusativum regit et respondet activo dativum pronominis reflexivi sive pronomen possessivum additum habenti; vis reflexiva autem passivo servatur. Itaque recte dicimus ἐσωσάμην τὸ σῶμα, *corpus meum servavi,* sed solum ἐσωσάμην pro *me servavi,* quod Graece ἐσώϑην dicitur, aeque soloecum esset atque, quod antea memoratum est, ἠσκησάμην, *exercui me.* Verum etiam hic diversus usus passivi et medii in Passowii Lexico saepe confusus est, et medio praeter propriam etiam passivi significatio assignata. Sic factum in illo σώζειν et διασώζειν, sic in ἀσᾶσϑαι, cujus medium postquam docuit valere *nauseare, taedio affectum esse,* addit locum Theognidis φρένα ἄσασϑαι χαλεποῖς. Sed ut ibi rectissime medium positum est, ita Herodotus accusativo non addito ἀσηϑῆναι scripsit III, 41. similiter discernendae significationes medii et passivi in αἴρειν, ἐκπέμπειν, ἐμπιπλάναι, ἐπιφέρειν, (cujus *passivum* aggrediendi vim accipit,) κατακομίζειν, καταλλάσσειν, καταπλήττειν, (cujus passivo accusativus quidem, ut mox videbimus, addi potest, sed medium significat *perterrefacere,*) κρίνειν (ubi passivum, non medium, *aliquem eventum habere* notat), μειλίσσειν, ὁδοποιεῖν (cujus passivum *progredi* valet), παρατρίβειν (quod in passivo verbo προσκρούειν respondet), παροιμιάζειν, (pass. *in proverbium abire,*) πιστοῦν, προανακρούειν, προσαρτᾶν, προσφέρειν, πτύσσειν, σκηνοῦν, στέλλειν (de quo vid. Buttm Gr. med. s. 123. adnot. 2.), ὑποτάσσειν et aliis. Rarissime haec praecepta violant Graeci recentiores, usum passivi latius extendentes, ut Diodorus in ἐγκυκλωϑῆναι τὴν Σικελίαν, Polybius et Lucianus in προσποιηϑῆναι et ἀντιποιηϑῆναι. Vid. ad Xen. Anab. II, 3, 22.

d) Huc refer ἀνάγεσϑαι *ferri in altum* (pass. apud Plut. et al.), ὁπλίζεσϑαι *se armare* (cf. Xen. Cyr. VI, 2, 32.), ἀνοικίζεσϑαι et κατοικίζεσϑαι (cf. ad Thuc. II, 102), ὁρμίζεσϑαι et ἐφορμίζεσϑαι (pass. semel in Xen. Hist. Gr. et apud Goellerum Thuc. VI, 49.), ὀρέγεσϑαι, *appetere* (cf. Buttm. Gr. max.), denique ἀνεγείρεσϑαι, ἀντιτάσσεσϑαι, διαλύεσϑαι *in gratiam redire,* προσφέρεσϑαι *tractare,* de quibus ad Xen. Anab. II, 3, 22. dictum, ut minus probatum ἀποκριϑῆναι *respondere* (cf. Lob. ad Phryn. p. 108. et Xen. Anab. II, 1, 22. script. discr.) taceamus. Nec dissimilia sunt pleraque quae ad usum aoristi medii pro passivo stabiliendum attulit Matthiae Gr. §. 496. 8. In nonnullis, ut in κορέννυσϑαι (cujus mediam formam significatione reflexiva magis poeticam judicamus), ναίεσϑαι et χαλέπτεσϑαι recte adnotavit Passowius. Sed idem male tam medium quam passivum tribuit verbis μαραίνειν, μεταστρέφειν, μιγνύναι, ὁρίνειν, πεπαίνειν, περι-

que requirant. [e]) Quid, quod nonnulla verba etiam accusativo addito, ubi medium necessario collocandum putes, constanter passivi aoristum adsciscunt. [f]) Quos diversos passivi usus non tanta diligentia, qua solet, discrevit Buttmannus Gr. med. §. 123. 2., sed quodammodo tamen indicavit,

---

πλέκειν, πλάζειν, πύθειν, ῥίπτειν, συνδιδόναι, συνεῤανίζειν, συνευνάζειν, συῤῥηγνύναι, σφάλλειν, ταλαντεύειν, τανύειν, τύφειν, quae omnia solo passivo utuntur, quod etiam in πηλοῦν, ταρσοῦν et similia, quorum aoristum non invenimus, valere non dubitamus.

e) Homerus enim sicut, quod infra videbimus, aliquot deponentia passiva in media mutat, ita nonnulla media vi reflexiva et intransitiva pro passivis posuit. Ex quo numero sunt aoristi ἀγερέσθαι, ἰσώσασθαι, κλίνασθαι, κοιμήσασθαι, λιπέσθαι (in notione *post aliquem relinqui*), μνήσασθαι (quam formam satis frequentem sub μιμνήσκω praeteriit Buttmannus,) ὁρμήσασθαι (cuius compositis ἀφορμᾶν, ἐξορμᾶν, ἐφορμᾶν, aliisque Passowius perperam solum medium attribuit, quum rectius solum passivum posset,) πιθέσθαι, σεύασθαι, ταρπέσθαι, χεύασθαι (in φρὶξ ἐπὶ πόντον ἐχεύατο), quos omnes excepto λιπέσθαι, cuius pauca exempla apud Herodotum et in recentiore pedestri oratione (vid. Buttm. Gr. max. §. 113. adnot. 11.) leguntur, spernit soluta oratio, spernunt etiam praeter frequens πιθέσθαι poetae Attici. Sed ex hoc discrimine non observato in lexicis et grammaticis rursus largus vitiorum fons manat.

f) Haec sunt verba αἰσχύνεσθαι, ἐκπλήττεσθαι et καταπλήττεσθαι, φοβεῖσθαι, περαιοῦσθαι. Ex quibus περαιοῦσθαι cum *traiicior mare* comparandum, reliqua cum *tremere* s. *trepidare aliquid* et similibus intransitivis apud Matth. Gr. maj. §. 414. et Zumpt §. 383. Cur enim φοβηθῆναι τὸν Φίλιππον et similia non queant pro passivis haberi, Buttmannus Gr. med. §. 123. adnot. 2. exposuit. Sciendum est tamen, quod Buttmannus damnat κατεπλάγη ὑπὸ τοῦ Φιλίππου, hanc structuram in ἐκπλήττεσθαι apud Xenophontem inveniri (vid. Sturz. Lex.), et saepius etiam apud eundem et apud Thucydidem (cf. nos I. 1. p. 126.) dici ἐκπλήττεσθαι (καταπλ.) τινί et ἐπί τινι. Sed aoristi medii horum verborum duntaxat apud barbare loquentes semel bisve inveniuntur, ut ἐφοβησάμην in carmine Anacreonteo tertio et περαιώσασθαι apud Scholiastam Thucydidis I. v. sub finem. Contra scriptores vulgaris dialecti passivorum structuram cum accusativo latius extendisse iam in adnot. b) vidimus. Nec dissimilia sunt quae apud Photium t. II. p. 477. leguntur: ἡ Ἀρείου αἵρεσις τὰς ἐκκλησίας ἐπὶ τεσσαράκοντα ἔτη κατανεμηθεῖσα τῇ Θεοδοσίου εὐσεβείᾳ ἐξωστράκισται. Adde quae de φράσασθαι et φρασθῆναι dixerunt Buttm. in φράζω et Matth. p. 930. Ἀμείβεσθαι *respondere*, cuius aoristum passivi Matthiae ex Pindaro adnotavit, in composito ἀπαμ. eundem habet apud Xenoph. in Anab.

Matthiae vero omnem hanc gravissimam quaestionem, quatenus non ad deponentia pertinet, praetermisit. Futurum autem, utrum aliquod verbum passivo an medio ad vim vere reflexivam et intransitivam designandam utatur, rarissime potest definire. Nam primum futura medii saepe pro passivis usurpari constat;[g]) deinde formae utrorumque tam parum differunt, ut, quum syllaba θη superscripta saepe interierit, non raro scriptura incerta sit; denique etiam ea verba, quae ob frequentem formae mediae usum passiva carere existimes, nonnunquam hanc tuentur.[h]) Quae quum ita sint, aoristum potissimum si spectandum existimamus, non ita multa verba supersunt, quibus in soluta oratione medium vim activi cum

---

g) Vid. Buttm. Gr. med. §. 123. 3. et Gr. max. §. 113. adnot. 10. qui multo uberior est Matthiaeo Gr. §. 494. II. Exemplis ibi et in Proleg. ad Thuc. I. p. 192. atque in Indice Anabasis s. v. *Futur.* prolatis adde nunc θύσομαι Herodot. VIII, 197. φρουρήσομαι Eur. Jon. v. 605. μισήσομαι ib. 599. στρεβλώσομαι Plat. Polit. II. παιδεύσομαι Plat. Crit. θεραπεύσομαι id. Alcib. I. fin. τυραννήσομαι Dem. Lept. ἀναθήσομαι, si germanum est, Dinarch. c. Demosth. §. 43. et Monk. ad Hippol. v. 1458. Neque, ut Buttmannus l. l. censuit, scriptores in iis verbis, quorum futura medii alibi pro passivis ponuntur, semper ab hoc usu abstinent. Ut enim dubium, sed plerorumque librorum auctoritate confirmatum συλλήψεται Xen. Anab. VII, 2, 14. praetermittamus, et in explicatione verbi ὑπακούσεται Thuc. VI, 69. non Haackium, sed Goellerum in Matthiaeo laudando sibi ipsi repugnantem sequamur, ἐλλήψεσθαι sive Jonice ἐλλάμψεσθαι passive legitur Herodot. VIII, 74. Sed dubium rursus est σπουδασομένων Aristot. Polit. VII, 15, 30., quod Goettlingius levius tractavit. Εἴσομαι bis apud Euripidem sic intelligit Matth. ad Phoen. v. 253. De λήσομαι cf. Buttm. Gr. max. in Ind. verb. et Addend. Contra eorundem verborum, quorum futura medii sensu passivo usitatissima sunt, formae passivae non plane spernuntur. Nam τιμηθήσομαι invito Thoma Mag. scripsit Thucydides VI, 80. et δηλωθήσομαι I, 144. Sic ζημιωθήσομαι Isae. de Aristarch. hered. §. 16. Lys. c. Philocr. §. 4., ὠφεληθήσομαι Isae. l. d. Lys. adv. Poli. §. 20. et Andoc. p. 132. (etiam Xen. Cyr. III, 2, 20., nisi ibi codicem Mediceum sequi mavis,) ἀπαλλαγήσομαι Xen. Hist. Gr. IV, 6, 3. et adeo ἀπαλλαχθήσομαι Eur. Med. 877.

h) Talia sunt κατακλινήσομαι Aristoph. Equ., ἐπαισχυνθήσομαι Plat. Phaedon. c. 35., συνοργισθήσομαι Dem. Mid. §. 100. περαιωθήσομαι Parthen. c. 4., εὐφρανθήσομαι Achill. Tat. Quare fortasse probandum κοιμηθήσομαι Luci. D. D. IV. Cf. etiam quae de deponentium futuris sub finem libelli disputabuntur. Contra passivum ἡττᾶσθαι, cuius futurum necessario passive flectendum arbitreris, ἡττήσομαι habet Lys. c. Ergocl. §. 9. pro Polystr. §. 32. et bis Aristid. II. p. 259. (ubi semel scriptura fluctuatur.)

accusativo pronominis reflexivi coniuncti et verbi intransitivi habens tribuendum est. [i])

Magis etiam imminuitur numerus mediorum, si deponentia ab iis diligenter distinguimus. Nam esse Graecis nonnulla verba, „quae terminationem quidem habeant mediam, at significationem activam, similia illis, quae deponentia apud Latinos vocantur," affirmavit quidem iam Kusterus I. 1., eorumque exempla duodecim attulit sect. III. Sed ut horum tria falsa sunt [l]), ita quod nec notionem deponentium accuratius definivit, nec ge-

---

i) Buttmannus Gr. med. §. 122. 2. huc ea praecipue verba, quae usitatam aliquam curam corporis, ut verba se vestiendi, cingendi (*ζώσασθαι*), velandi (*καλύψασθαι, ἐγκ.* etiam *κοσμήσασθαι*), detergendi (*ἀπομόρξασθαι, ἀποψήσασθαι, ἀπομάξασθαι*, emungendi (*ἀπομύξασθαι*), tondendi *ξυρήσασθαι, κείρασθαι*), coronandi (*στεφανώσασθαι*), lavandi (*λούσασθαι, νίψασθαι*, apud Paus. etiam *καθήρασθαι*), ungendi (*ἀλείψασθαι, χρίσασθαι,*), cum *ἀπέχεσθαι* et *ἀπάγχεσθαι* pertinere scribit. Quibus praeter ea, quae utroque modo dici in adnot. d. vidimus, adde *ἀπογράψασθαι* (sich aufschreiben, *nomen suum profiteri*), *ἅψασθαι (se adnectere, attingere), διατείνεσθαι, διακρούσασθαι, ἐπιδείξασθαι* (de cujus usu pro *ἐπιδεῖξαι ἑαυτόν, ἐπίδειξιν ποιεῖσθαι* vid. Engelh. ad Plat. Lach. p. 9.), *ἐνοπτρίσασθαι* et *κατοπτρίσασθαι, σχέσθαι* (sich halten an, *adhaerere), καλλωπίσασθαι, ὀλέσθαι, ὀχεῖσθαι, παρασκευάσασθαι, περιπτύξασθαι, σεμνύνασθαι, τάξασθαι* cum compositis, *τηρήσασθαι, τραπέσθαι,* (a quo tam passivum *τραπῆναι* quam transitivum *τρέψασθαι* diligenter discernendum, vid. Ind. Xen. Anab., etsi *τραπῆναι* pro *τραπέσθαι* posuit Arrianus,) *φράξασθαι* (Thuc. VIII, 35.), *ὤσασθαι* (Plut. Pyrrh.). Quorum nonnulla, ut *παρασκευάσασθαι*, quum valde frequentia sint, eo magis mirum est Rostium Gr. Gr. §. 114. adnot. 3. potuisse haerere in his Thucydidis II, 80. verbis: *τῷ δὲ ναυτικῷ περιήγγειλαν παρασκευασαμένῳ ὡς τάχιστα πλεῖν ἐς Λευκάδα.* Quasi non sexcenties legisset *οἱ Ἀθηναῖοι* et *αἱ νῆες τῶν Ἀθηναίων παρεσκευάσαντο πλεῖν*! ita ut rectius rarissimum usum passivi *παρασκευασθῆναι* pro *παρασκευάσασθαι* Thuc. VII, 35. adnotare potuisset. Aliorum verborum, quae huc referas, explicatio dubia est, sicut *συνθέσθαι* et *προςθέσθαι τινί* potius omisso *τὴν γνώμην*, quam pro *συνθεῖναι ἑαυτόν* dicta esse existimanda sunt. Transitiva, ut *τίλασθαί τινα* Buttm. nō. 4., fiunt *κόψασθαι, ἐγγυήσασθαι, φυλάξασθαι* et pauca similia. Sed quae Buttmannus nō. 3. habet, praeter *παύσασθαι* et *γεύσασθαι* (quibus similia *κληρώσασθαι, ἐπιψηφίσασθαι*), passiva esse supra intelleximus.

l) *Ὁρίζομαι, διορίζομαι, κατασημαίνομαι*, quae vera media sunt, quum et activas formas habeant, et mediis notionem *mihi, in meum commodnm* plerumque addant. Gravius etiam peccavit Dresigius, qui in sectione, quam appellat,

nera distinxit, nec idoneam copiam exemplorum attulit, rem non expedivit; quod effecit, ut pleriquc post eum deponentia cum mediis confundere pergerent. Qui autem recentius artes grammaticas scripserunt, licet passim deponentium mentionem faciant, tamen nusquam explicate de iis dixerunt. Imo Matthiae tantopere omnem quaestionem confudit, ut, si eum sequare, quodvis iudicium deponentis pereat, et lex atque regula in effusam libidinem mutetur. m) Nobis igitur, linguae Latinae normam sequentibus, *deponentia ea sunt, quae, quum formam habeant vel passivam vel mediam, ei significationem activam tribuunt, formis activis autem aut plane earent, aut tantum apud scriptores obsoleta vel nova sectantes semel iterumve utuntur, aut denique, si passim, vel adeo saepe, imo saepius recipiant, plane eandem vim assignant.* n) Ita tria genera deponentium oriuntur, quorum tertium rursus tres species complectitur. Exempla sint Latina verba 1) *argumenter* (nunquam *argumento*), *auspicor* (*auspico* apud Plautum et Gellium,) *a*) *mereor* et *mereo* (utrumque aeque bonum), *b*) *fluctuor* (aliquanto rarius quam *fluctuo*, sed tamen satis usitatum), *c*) *punior* (pro *punio* Ciceronianum quidem, sed vel ita fugiendum). Verum quae ad a. et b. pertinent, sine detrimento iungi et possunt, et quod Lexica nostra valde imperfecta, quid aeque tritum et quid non multo inusitatius sit, discernere non doceant, adeo debent. Ut autem haec divisio,

---

tertia, de deponentibus se locuturum professus, commemoravit *αἰτεῖσθαι, ἀναβάλλεσθαι, ἀναστρέφεσθαι, ἀνατίθεσθαι, ἀντέχεσθαι* et alia aeque aliena.

m) Etenim Gr. §. 495. b, ob aoristum passivi pro deponentibus haberi vult *αἰσχύνεσθαι, ἀπαλλάττεσθαι, ἐπείγεσθαι, εὐωχεῖσθαι, κατακλίνεσθαι, κοιμᾶσθαι, ὁρμᾶσθαι, πείθεσθαι, περαιοῦσθαι, φοβεῖσθαι* et similia, quae omnia et activa, a quibus illa passiva ac media legitimo modo ducuntur, habent, et, si deponentibus temere adnumerarentur, cuncta illa verba, quorum index in adnot. b) exhibitus est, et quodammodo etiam ea, quae in duabus proximis adnotationibus memorata sunt, secum traherent cum summa grammaticae perturbatione. Et haec verba Matthiae componit cum *ἁμιλλᾶσθαι, ἄχθεσθαι, διαλέγεσθαι* et aliis, quorum activum inauditum est.

n) Excludimus igitur ea verba, quorum activa licet rarius legantur, quam passiva et media, tamen notionem ab his plane diversam habent, sicut *γεύειν* et *γεύσασθαι, σήπειν* et *σαπῆναι* et defectivum *ἔλδειν* atque *ἔλδεσθαι*, quae Buttmannus Gr. med. §. 122. adnot. 2. mire passivo-media nominat. Sed si activa diversae significationis tantum semel iterumve apud veteres poetas vel scriptores recentissimos leguntur, his verbis nomen deponentium detrahere noluimus.

si usum formae activae praesentis et imperfecti spectamus, oritur, ita aoristus si respicitur, in aliis horum verborum passivam, in aliis mediam, in non ita multis utramque, in paucissimis activam formam habet, denique nonnunquam plane deest. Ita igitur nova descriptio deponentium oritur. Et ea quidem, quibus in aoristo species passiva est, deponentia passiva, quibus media, deponentia media a Buttmanno vocari nuper recte coepta sunt; quibus utraque est, passivo-media rectius dixeris quam quae a Buttmanno ita appellata esse in adnotatione n) audivimus. Quocirca etiam de deponentibus activis (ἔρχομαι) et defectivis apte loquare. Contra iam ex definitione proposita apparet deponentibus non addenda esse verba activis quidem formis destituta, sed significationem passivam manifesto conservantia. o) Quanquam fines passivorum et deponentium atque alibi mediorum et deponentium interdum difficile constitui possunt. Nam ut passiva notio non raro affinis est intransitivae et reflexivae, ita ex eo, quod activa forma in Lexicis nostris non affertur, subinde male eam non in usu fuisse colligeremus, quoniam non raro casu tantum ex scriptis adhuc exstantibus non est enotata. p) Alibi hoc an illud statuendum sit, incertum est, si-

---

o) Haec verba non rara sunt in lingua Graeca. Nam praeter nota ἁλίσκεσθαι et ἡττᾶσθαι, apud antiquiores scriptores etiam ἥδεσθαι, hic afferenda sunt ἀριστοκρατεῖσθαι, δημοκρατεῖσθαι, ὀλιγαρχεῖσθαι, εὐνομεῖσθαι et similia, tum plurima a nominibus ducta in οῦσθαι, ut ἀφνειοῦσθαι, γραιοῦσθαι, δειλοῦσθαι, δενδροῦσθαι, ἐκφλεγματοῦσθαι, ἰκτεροῦσθαι, ῥικνοῦσθαι, στροφοῦσθαι, et alia rariora derivata atque composita, velut πνευματοφορεῖσθαι, τελεογονεῖσθαι, τερηδονίζεσθαι, φροντιδοκοπεῖσθαι. Plerorumque autem significatio talis est, quae haud facile active possit poni, quanquam hoc non de omnibus dici posse, ut tria prima, ex quibus ἁλίσκεσθαι nunquam, ἡττᾶσθαι duntaxat aliquoties apud Diodorum, Tzetzam et eiusmodi scriptores activam admittit, ita etiam ἀφνειοῦσθαι et nonnulla sequentium demonstrant. Videntur autem haud pauca verba in eundem numerum recipienda, quae apud Passowium active sunt allata, ut θεοφορεῖν, ἱπποῦν, ἰσονομεῖν, κλῃματοῦν, ματαιοῦν, σταχυοῦν. Cf. Steph. Thes. Sed si quando similia activa notione indigent, scriptores hanc fingere non verentur.

p) Ita apud Passowium legimus ἀντιπαρασκευάζεσθαι, ἀποθωρακίζεσθαι, ἐναποσφραγίζεσθαι, ἐνυποδύεσθαι, ἐπικαταφέρεσθαι, ἐμμεθύσκεσθαι, ἐμπαραβάλλεσθαι et sexcenta similia, quae, etiamsi hodie active non legantur, tamen ita usurpata esse et deponentia censeri non posse quis dubitet? Horum autem activa in Lexicis sane in parenthesi adiicienda erant.

sicut aliquoties in verbis a nominibus derivatis, quae exeunt in ευειν et ευεσθαι, quorum illud quum proprie significet *esse* eum, qui nomine indicatur, hoc *se gerere* tanquam talem, propter tenue harum notionum discrimen altera pro altera forma ponitur, et saepe alterutra tantum legitur; [q]) quae si est media, verbum fit deponens; ex qualibus tamen deponentibus, quum veris mediis propiora sint, non proferemus nisi notiora. Nam fatendum quidem est etiam in aliis deponentibus causam, cur ita flecti potuerint, declarari posse. Velut quod pleraque verba *certandi, pugnandi, contendendi* mediam formam habent, ita ut adeo in compositis cum praepositione διά certamen significantibus activa in media (διακοντίζεσθαι, διατοξένεσθαι et alia) mutentur, recte quidem iam Kusterus I. 40. animadvertit ex actione ab utraque parte reciproca, quae ibi fiat, explicandum esse. Sed si quis haec, licet activis prorsus deficiantur, media appellanda esse pertinaciter affirmet, ei, cur non μάχω ἐμαυτον dici potuerit et cur non etiam πολεμεῖν, πυκτεύειν, πυγμαχεῖν, φιλονεικεῖν et si quae sunt generis eiusdem (Kust. I. 41.), media forma induantur, demonstrandum erit. Quod quum fieri non possit, verba μάχομαι, ἀγωνίζομαι et talia non minus active interpretamur et pro deponentibus habemus quam δύναμαι, ἔρχομαι, μιμοῦμαι et talia, quae de reciproca vel reflexiva notione cogitari nullo pacto sinunt. Haec autem omnia, quae hactenus disputata sunt, qualia verba in primam et secundam deponentium classem fuerint recipienda, fere ostenderint. Sed in tertia, ubi non activae formae defectus vel insolentia, sed tantum eius significationis cum media perfecta convenientia huic deponentis naturam dat, maiores etiam dubitationes oriuntur. Etenim notiones *sibi, a se, suus,* quae in mediis latent, exprimi quum saepe minime necesse sit, fit ut talia media subinde pro solis activis posita esse videantur. Quare, si errare nolumus, ex transitivis non alia huc referre poterimus, nisi ea, quorum activa iam illam, quae alibi per media infertur, vim ob ipsam rerum naturam habere debent, sicut ἐννοεῖν et σκοπεῖν iam in activo valent *sua mente aliquid intelligere, secum reputare.* In intransitivis falli minus possumus; praetermittenda tamen sunt ea, quae quum, etsi proprie intransitiva essent, nonnunquam in transitiva transissent, in intransitivo significatu etiam pas-

---

q) Sic semper active dicuntur ἀριστεύειν, πρωτεύειν, κρατιστεύειν, contra κομψεύειν et κομψεύεσθαι, νωθρεύειν et νωθρεύεσθαι, φιλανθρωπεύειν et φιλανθρωπεύεσθαι, alia.

sivas formas acceperunt, sicut poetae interdum πελάζεσθαι dicunt pro longe usitatiore πελάζειν *appropinquare*, et pedestres quoque scriptores λάμπεσθαι pro λάμπειν. Secundum has igitur cautiones et exceptiones si deponentia constituimus, eaque in genera et species supra descriptas digerimus, usitatissima haec sunt, e quibus poetica et Ionicae atque communis dialecti (τῆς κοινῆς) propria minoribus literis exarabuntur, anomala binis asteriscis notabuntur, composita tantum ibi nominata, ubi a simplicibus recedunt.

II.

INDEX DEPONENTIUM.

A. *Deponentia, quae formis activis carent.*

1) MEDIA.

(His ubique addimus etiam ea, quorum aoristum nos legere certo non meminimus, sed medium esse ex analogia vel obscura recordatione suspicamur; verum iis † praefixum. Quae Buttmannus in Gr. max., ubi §. 114. 6. se omnia deponentia media adnotaturum esse indicat, praetermisit asterisco signata sunt.)

**'Αγαίεσθαι, ἀγᾶσθαι, invidere.
*'Αγκαλίζεσθαι, ulnis amplecti.
*'Αγκάζεσθαι = ἀγκαλίζ.
'Αγκωνίζεσθαι, *vid.* παραγκων.
*'Αγορᾶσθαι, concionari.
*'Αγωνίζεσθαι, certare, proeliari.
*Αἰνιγματίζεσθαι, obscure loqui.
*†Αἰνίζεσθαι, laudare. [1])
Αἰνίσσεσθαι, obscure significare.
** Αἰσθάνεσθαι, sentire.
Αἰτιᾶσθαι, criminari.
'Ακεῖσθαι, mederi.
*'Ακκίζεσθαι, ficte aspernari, delicias agere.
*†'Ακουάζεσθαι, audire.
*†'Ακρατεύεσθαι, intemperanter vivere. *cf.* ἐγκρ.
*'Ακρατίζεσθαι, prandere.
'Ακροᾶσθαι, auscultari.
*†'Αλαζονεύεσθαι, se iactare, ostentare.
**"Αλλεσθαι, salire.
*†'Αναιδεύεσθαι, impudenter se gerere.
'Αναίνεσθαι, recusare.
*†'Αναισθητεύεσθαι, sensu carere, stupidum esse.

---

1) Hoc verbum fortasse defectivum est. Antea ἀγαίεσθαι sive ἀγᾶσθαι discerne ab ἄγασθαι, de quo infra 3.

*†'Ἀνδραγαθίζεσθαι, fortiter se gerere.
'Ἀνθάπτεσθαι, attingere, reprehendere.[2])
*'Ἀνθρωπεύεσθαι, hominum more agere.
*'Ἀπάρχεσθαι, primitias solvere.[3])
*†'Ἀπειροκαλεῖσθαι, inepte agere.
**'Ἀπεχθάνεσθαι, infensum fieri.
*†'Ἁπλοΐζεσθαι, simplicitate uti.
*'Ἀποδιοπομπεῖσθαι, procul amandare, expiare.
*†'Ἀποκραιπαλίζεσθαι, crapulam edormire.
*'Ἀπολογεῖσθαι, defendere, excusare.[4]) *cf.* ἐκλ.
*'Ἀποποιεῖσθαι, improbare, repudiare.
'Ἀποψεύδεσθαι, ementiri. *Sic etiam* ἐπιψευδ., καταψευδ. *aliaque composita.*[5])
"Ἅπτεσθαι, *vid.* ἀνθαπτ.
'Ἀρᾶσθαι, exsecrari, devovere.
*Ἄρχεσθαι, *vid.* ἀπάρχ.
'Ἀσπάζεσθαι, salutare.
*'Ἀστεΐζεσθαι, festivum esse, iocari.
*†'Ἀσωτεύεσθαι, luxuriari, heluari.
*†Αὐθαδίζεσθαι, insololenter agere.
*†Βδελύττεσθαι, exsecrari, abominari.[6])
*†Βρενθύεσθαι, superbire.
*Βληχᾶσθαι, balare.
*Βριμᾶσθαι, οῦσθαι, fremere.
*†Βρωμᾶσθαι, rudere.
Γείνεσθαι, gignere et gigni.
**Γίγνεσθαι, fieri.[7])
*Γουνάζεσθαι, genua amplexum orare.
*†Γραμματικεύεσθαι, grammaticum agere.
*†Δατεῖσθαι, distribuere.[8])
*†Δαψιλεύεσθαι, large subministrare.
Δεδίσσεσθαι, perterrefacere.[9])
*Δεξιοῦσθαι (*Jon.* δεξιᾶσθαι), dextra porrecta salutare.
Δέχεσθαι, accipere.
*Δηλεῖσθαι, nocere.
*†Δημοτεύεσθαι, popularem esse.
*†Διαδορατίζεσθαι, hasta dimicare.[10])
*Διακελεύεσθαι, adhortari. *cf.* παρακελ.

---

2) Reliquis compositis verbi ἅπτειν atque huic ipsi activum non deest.

3) De simplici ἄρχειν et ἄρχεσθαι vid. Kuster. I. 23.

4) 'Ἀπολογηθῆναι tamen Polyb. et Elmlejo ad Eur. Med. teste etiam Antipho.

5) Secus res se habet in simplici. Etiam διαψεύδειν in activo memorat Passow., non memorat Steph.

6) Activum ex can. conc. et Etym. memorat Steph.

7) Aoristum passivi habet apud Dores et in communi dialecto. Vid. Lob. et Buttm.

8) Aoristum ne pedestres quidem scriptores fugiunt. Vid. Buttm. in ΔΑ.

9) Semel utitur Demosth. Παραπρ. §. 291.

10) Hic etiam διαζηλεύεσθαι, διαζηλοτυπεῖσθαι, διακαλοκαγαθίζεσθαι, διαρετίζεσθαι et similia comparentur.

*Διακηρυκεύεσθαι, legatos mittere de foedere. *cf.* ἐπικηρ. προκ. προσκ. [11])

*† Διακοντίζεσθαι, certatim iaculari.

*Διαξιφίζεσθαι, digladiari. [12])

Διαπομπεῖσθαι, *vid.* ἀποδιαπ.

*† Διατοξεύεσθαι, certatim sagittare.

** Δίζεσθαι, quaerere.

** Διόμνυσθαι, iure iurando affirmare. *Sic etiam* ὑπόμνυσθαι, prorogationem petere. [13])

*'Εγκαναχᾶσθαι, insonare.

*† Ἐγκρατεύεσθαι, continentem esse.

* Εἰρωνεύεσθαι, dissimulate loqui.

*† Ἐκκοβαλικεύεσθαι, astute circumvenire.

*'Εκλογεῖσθαι, excusare, ut ἀπολ.

*'Ελεφαίρεσθαι, decipere.

*'Εμπορεύεσθαι, mercari, nundinari. [14])

*'Ενωτίζεσθαι, auribus percipere. LXX.

*† Ἐπιδορπίζεσθαι, secundis mensis accumbere.

*'Επικηρυκεύεσθαι, legatos mittere de pace. *cf.* διακ. προκ. προσκ.

*'Επιμηθεύεσθαι, consilium re peracta capere. *cf.* προμ.

*'Επισιτίζεσθαι, frumentari.

'Εργάζεσθαι, opus facere, laborare.

'Ερεύγεσθαι, ructare. [15])

**'Ερεσθαι *seu potius* ἐρέσθαι, interrogare.

Εὔχεσθαι, vovere, precari.

**'Εψιᾶσθαι, lusu se exhilarare.

'Ηγεῖσθαι, ducere, arbitrari.

Θεᾶσθαι, (*Jon.* θηεῖσθ.), contemplari.

'Ιᾶσθαι, mederi.

*'Ιδιολογεῖσθαι, separatim loqui.

*'Ιερᾶσθαι, sacerdotem esse.

**'Ικνεῖσθαι, *et saepius in prosa* ἀφικν., venire.

"Ιπτασθαι, *vid.* πέτεσθαι.

*"Ιπτεσθαι, premere, urgere.

*'Ισχυρίζεσθαι, et διισχ., confirmare, affirmare

*Κακοτροπεύεσθαι, malitiose agere.

*Καλαμᾶσθαι, stipulas legere.

Καυχᾶσθαι, gloriari.

**Κέλεσθαι, iubere.

Κηρυκ., *vid.* διακ. ἐπικ. προσκ.

*† Κινύρεσθαι, lugubri voce queri.

*Κοινολογεῖσθαι, colloqui, sermones conferre. [16])

Κτᾶσθαι, sibi comparare.

*† Κωλικεύεσθαι, intestini morbo laborare.

*† Κωμικεύεσθαι, comice loqui.

*† Λαβρεύεσθαι, procaciter loqui. [17])

Λίσσεσθαι, precari.

---

11) Forma media sequitur analogiam verbi πρεσβεύεσθαι. *cf. infra.*

12) Apud Steph. male διαξιφίζειν.

13) Plerumque etiam ἐξόμνυσθαι, passim ἀπόμνυσθαι et ἐπόμνυσθαι, contra ὀμνύναι et συνομνύναι.

14) Non comparandum cum πορεύεσθαι, πορευθῆναι.

15) Attici ἐρυγγάνω, ἐρεύξομαι, ἤρυγον dicebant. Vid. Buttm.

16) Κοινολογηθῆναι tamen Polyb. II. 5.

17) Activum ex Hesychio affert Schneid.

*Λογίζεσθαι, ratiocinari, reputare.[18])
**Μαίεσθαι, tangere, quaerere.
Μαρτύρεσθαι, obtestari.
*Μασᾶσθαι, mandere.
**Μάχεσθαι, pugnare.[19])
*†Μειρακίζεσθαι *et* μειρακιοῦσθαι, adolescere.
*Μήδεσθαι, meditari, excogitare.
†Μηκᾶσθαι, balare, *de capra.*
*Μητίεσθαι, excogitare.
*Μιμεῖσθαι, imitari
*†Μινύρεσθαι, cantillare *querula voce.*
*†Μιστυλᾶσθαι, pane in cochlear excavato haurire.
*†Μορμολύττεσθαι, terrere larvis.[20])
*Μυθεῖσθαι, narrare, confabulari. Παραμυθεῖσθαι, consolari.
Μυκᾶσθαι, mugire.
*†Μωκᾶσθαι, subsannare, irridere.[21])
*Μωμᾶσθαι, deridere, vituperare.
*Νεμεσίζεσθαι, irasci, vereri.
*Ξυλεύεσθαι, *sive* ξυλίζ., lignari.
*†Ὀγκᾶσθαι, rudere.
Ὀδύρεσθαι, lamentari.
Ὀδύσασθαι, irasci.
**Οἴχεσθαι, abire.
*Οἰωνίζεσθαι, augurari, ominari.
*Ὀλοφύρεσθαι = ὀδύρεσθαι.
Ὀμν. *vid.* διομν.
*Ὀρχεῖσθαι, saltare.[22])
*Ὀσμᾶσθαι, odorari.
*Ὀσσεύεσθαι, ominari.
**Ὀσφραίνεσθαι, odorari.
*†Ὀφρυοῦσθαι (*usitatius in compositis*), supercilium tollere.
*†Ὀψᾶσθαι *vel potius* ἐποψ., παροψ. obsonium comedere.
*Παλαμᾶσθαι, moliri, machinari.
*†Παλλακεύεσθαι, concubinam esse, facere.
*Παραγκωνίζεσθαι, cubito submovere.[23])
*Παραιτεῖσθαι, deprecari.
*Παῤῥησιάζεσθαι, libere loqui.
**Πάσασθαι = κτᾶσθαι. Perf. Xenoph.
**Πατεῖσθαι, gustare, vesci.
**Πέτεσθαι (*poet.* ποτᾶσθαι), volare.[24])
**Πληκτίζεσθαι, dimicare, confligere. *Usitatius* διαπληκτ.
*Πραγματεύεσθαι, elaborare, negotiari.[25])
**Πρίασθαι, emere.

---

18) Ἐπιλογισθῆναι tamen dixit Herodot. VII. 177. Sicut idem ἐπινοηθῆναι, πραγματευθῆναι, al.

19) Apud Josephum et similes scriptores etiam passivi aoristum habet, quod tacuit Buttmannus, non praetermisit Lobeck ad Phryn. p. 732.

20) Activum ex Hesychio memoratur.

21) Activum apud Suid. exstat, sed etiam omnia composita deponentia sunt.

22) Activum excogitavit Plato in Cratyl. Vid. Passow.

23) Item simplex ἀγκωνίζεσθαι Steph. in medio solum affert, Passow. etiam in activo. Sic etiam deponentia sunt rariora composita ἀναγκ. διαγκ. Contra ἐξαγκωνίζειν Aristoph.

24) Habet etiam apud poetas aoristum activi ἔπτην et apud scriptores communis dialecti aoristum passivi ἐπετάσθην.

25) Πραγματευθῆναι Herodot. II. 87.

*† Προκαλίζεσθαι, provocare.
* Προκηρυκεύεσθαι, promulgare.
* Προςκηρυκεύεσθαι, caduceatorem mittere. *cf.* διακ. ἐπικ.
* Προμηθεῖσθαι *et* προμηθεύεσθαι, providere, prospicere. *cf.* ἐπιμ.
* Προοιμιάζεσθαι, prooemiari, prooemio uti.
* Προφασίζεσθαι, causari, praetexere.
* Πτερύσσεσθαι, alis strepere, alis gestire. N. T.
** Πυνθάνεσθαι, sciscitari, percontari.
Ῥύεσθαι, servare, *in prosa rarius.*
* Ῥώεσθαι, ruere, festinare.
* Σεβάζεσθαι = αἰδεῖσθαι, σέβεσθαι.
* Σκαριφᾶσθαι, superficiem leviter scindere, (scarificare.)[26]
Σκέπτεσθαι, considerare, reputare.[27]
* Σκευωρεῖσθαι, struere, moliri, perscrutari.[28]
*† Σκοπιωρεῖσθαι, speculari.
*† Σκορδινᾶσθαι, pandiculari.
* Σοβαρεύεσθαι, fastuose incedere.
*† Στημονίζεσθαι, stamen ducere.
* Στοχάζεσθαι, conjicere.
* Σφαγιάζεσθαι, sacrificare.[29]
* Τοξάζεσθαι, sagittare.
* Ὑπεροπλίζεσθαι, insolentem esse.
** Ὑπισχνεῖσθαι, promittere, polliceri.
*† Ὑποκορίζεσθαι, blandis verbis appellare.
* Ὑποκρίνεσθαι, histrionem agere, simulare, *apud Jones* respondere.[30]
Ὑπόμνυσθαι *vid.* διόμν.
Φείδεσθαι, parcere.
Φθέγγεσθαι, sonare.
* Φιλοφρονεῖσθαι, comitate prosequi.[31]
* Φρυγανίζεσθαι, sarmenta colligere.
* Χαριεντίζεσθαι, facete dicere, iocari.
* Χαρίζεσθαι, gratificari.
*† Χασμᾶσθαι, oscitare.
Χρῆσθαι, uti.
* Χρέμπτεσθαι, screare.
* Χρηστεύεσθαι, benignitate uti. N. T.
* Χώεσθαι, irasci.
** Ὠνεῖσθαι, emere, mercari, nundinari.
† Ὠρύεσθαι, ululare, rugire, *de canibus et lupis.*[32]

---

26) Sic διασκαριφᾶσθαι, sed κατασκαριφᾶν. Omnia rarissima.

27) Apud Atticos praesens plerumque a σκοπεῖν repetit. Vid. Buttm. in Addend. et nos in Ind. ad Xen. Anab.

28) Activum aut parum aut nusquam adhibitum esse scribit Passow. Compositum διασκευωρεῖν tamen habet Plato in Epist.

29) Σφαγιάζειν non debebat memorare Passow.

30) Semel deponens passivum apud Ctes. c. 41.

31) Cf. Ind. Xen. Anab. et de falso activo Passow.

32) Activum (Schneid. Pass.) ex solo Suida affertur.

2) PASSIVA.

(Huc primum ob composita nonnulla referri possunt κοιμᾶσθαι (ἀνακ. ἀποκ. ἐκκ.), πορεύεσθαι (ἀνaπ. ἀποπ. ἐκπ. καταπ. alia, sed activo non carent διαπ. εἰςπ. προπ.), et minus recte αἰσχύνεσθαι, διαιτᾶσθαι et similia, de quibus conf. adnot. b et f.)

Ἀλᾶσθαι, vagari, *in prosa oratione rarum pro πλανᾶσθαι.*
Ἀντιοῦσθαι, *vid.* ἐναντιοῦσθαι.
Ἀπονοεῖσθαι, dementem esse, desperare.
**Ἄχθεσθαι, gravari, aegre ferre.
**Βούλεσθαι, velle.
Βρυχᾶσθαι, mugire.
Δεῖσθαι, petere.
**Δέρκεσθαι, cernere. [1])
Διανοεῖσθαι, cogitare, in animo habere.
**Δύνασθαι, posse. [2])
Ἕζεσθαι, sedere. [3])
Ἐναντιοῦσθαι, adversari. [4])
Ἐνθυμεῖσθαι, reputare, cogitare. *cf.* προθ.
Ἐπιμελεῖσθαι *seu* ἐπιμέλεσθαι, curare.
**Ἐπίστασθαι, scire.
**Ἔρασθαι, amare. [5])
Εὐλαβεῖσθαι, cavere.
Λιάζεσθαι, recedere. [6])
Μέλεσθαι, *vid.* ἐπιμ. *et* μεταμ.
Μυσάττεσθαι, abominari, aversari. [7])
Νοεῖσθαι, *vid.* ἀπον. *et* διαν.
Ξενοῦσθαι *et* ἐπιξεν., hospitio excipi, hospitari. [8])
**Οἴεσθαι, putare, opinari.
Ὀριγνᾶσθαι = ὀρέγεσθαι, cupere. [9])
Προθυμεῖσθαι, propensum esse, cupere. *cf.* ἐνθ.
Σπλαγχνίζεσθαι, misereri. N. T.
**Τέρσεσθαι, arescere.
(Πωλεῖσθαι, τρυφεραίνεσθαι et similia potius pro passivis habenda, ut quae in adnot. p. affuerunt. Fortasse etiam ξενοῦσθαι.)

---

1) Apud epicos etiam activi aoristum recipit.

2) Δυνήσασθαι habet Homerus (et Simonid.), sicut ἐράσασθαι. cf. supra adnot. e.

3) Apud scriptores communis dialecti καθεσθῆναι, sed Atticis ipsum καθέζεσθαι (*poet.* ἕζ.) est aoristus medii verbi καθίζειν.

4) Tam hujus quam simplicis ἀντιοῦν, quo Iones utuntur, activum memorat quidem Passow., sed vix Graecum est.

5) In prosa oratione ἐρασθῆναι est aoristus verbi ἐρᾶν. De ἐράσασθαι vid. adnot. 2.

6) De activo cf. Passow.

7) Μυσαχθῆναι Eur. Med. et Luci. Activum ex Hesych. adnotant.

8) Activum in notione *hospitem reddendi* memorant quidem Lexica, sed exempla non addunt.

9) In soluta oratione rarissimum, legitur tamen ὀριγνηθῆναι Isocr. Epist. 6.

3) TVM MEDIA TVM PASSIVA.

(Ἀπολογεῖσθαι, γίγνεσθαι, ὑποκρίνεσθαι, κοινολογεῖσθαι, λογίζεσθαι et πραγματεύεσθαι vid. in 1.)

**Ἄγασθαι, admirari.[1])
Αἰδεῖσθαι, revereri.[2])
Ἁμιλλᾶσθαι, certare.[3])
Ἀπαμείβεσθαι, *vid. supra.*
Ἀρνεῖσθαι, negare.[4])
Αὐλίζεσθαι, pernoctare.[5])
Μέμφεσθαι, vituperare.[6])
**Ὄνοσθαι, reprehendere.[7])
Φιλοτιμεῖσθαι, ambitiosum esse, ambitiose adniti.[8])

4) ACTIVA.

In soluta oratione huc solum ἔρχεσθαι pertinet, apud poetas nonnunquam etiam δέρκεσθαι, μηκᾶσθαι, μυκᾶσθαι, μείρεσθαι, πέτεσθαι. Cum Latinorum neutro-passivis apud Atticos comparanda sunt χαίρειν et ἐρᾶν, quae apud poetas et communis dialecti scriptores aliter flectuntur. Vid Buttm.

5) DEFECTIVA.

(Quae apud Buttmannum desunt, rursus asterisco singula designabuntur.)

Αἴνυσθαι, capere.
Ἄντεσθαι, obviam fieri.
Ἄρνυσθαι, labore consequi, *magis poetic.*
Γάνυσθαι, gaudere, laetari.
*Γλίχεσθαι, cupere.
Δειδίσκεσθαι (δεδ.), dextra manu accipere.
Ἔλδεσθαι, cupere.
*Ἐμπάζεσθαι, curare.
Ἐρέπτεσθαι, vorare.
*Εὐχετᾶσθαι, vovere, precari.

Ἧσθαι,

---

1) Deponens medium non solum apud epicos est, ut Buttmannus affirmat, sed etiam Demosth. de Cor. c. 59. et Aristid. II. p. 297. Iebb.

5) Αἰδέσασθαι et αἰδεσθῆναι sic distinguit Buttmannus, ut illud Atticis *ignoscere* significare dicat. Sed vulgarem vim habet Soph. Aj. 501. in prosa autem oratione Atticorum praeter Demosth. c. Aristocr. §. 72. vix exstat.

3) cf. Ind. Xen. Anab.

4) Medii aoristum non solum apud poetas, ut Buttmannus vult, admittere docet Herodot. III, 1. Aeschin. c. Ctesiph. c. 81. Sopat. apud Stob. t. II. p. 270. et 275. Gaisf.

5) Xenophonti deponens medium, Thucydidi, Plutarcho aliisque etiam passivum. Compositum ἐναυλίζειν etiam activam formam habet.

6) Hujus aoristum passivum Ionibus et tragicis solis minus accurate tribuit Buttmannus. Vid. Thuc. IV, 85.

7) Vid. Buttm.

8) Φιλοτιμηθῆναι Xenoph., φιλοτιμήσασθαι Isocr. Areop. §. 49. Aristid. περὶ ἀτελ. §. 10.

Ἧσθαι, sedere. Καθῆσθαι.
Θέρεσθαι, calefieri.[1])
*Θρεῖσθαι, tumultuando clamare.
*Ἴεσθαι, festinare.
*Ἰνδάλλεσθαι, similem esse, videri.
**Καίνυσθαι, eminere.
Κεῖσθαι, jacere.
(Κίδνασθαι = σκεδάννυσθαι.)
Λάζυσθαι *et* λάζεσθαι, capere.
Λιλαίεσθαι, cupere.
Μάρνασθαι, pugnare.
*Μνᾶσθαι, ambire *uxorem*.
**Μῶσθαι, appetere.
Νεῖσθαι, ire, iturum esse.
Νίσσεσθαι, ire.
*Ὄθεσθαι, curare.
*Ὀπίζεσθαι, revereri, curare.
*Ὄσσεσθαι, divinare,
Πένεσθαι, laborare.[2])
*Πίλνασθαι, celeriter appropinquare.[3])
*Ῥέμβεσθαι, errare, vagari.[4])
Σίνεσθαι, nocere.[5])
*Σκύζεσθαι, irasci.[6])
Σοῦσθαι, festinare, currere.
Στείνεσθαι (στένεσθαι), coarctari.[7])
**Στεῦεσθαι s. στεῦσθαι, promittere, gloriari.
*Φέβεσθαι, timere, fugere.

B. *Deponentia, quorum formae activae rarissime inveniuntur.*
(cf. Buttm. Gr. max. §. 113. adnot. 8.)

1) MEDIA.

*Αἰκίζεσθαι, foede mulcare, misere tractare.[1])
*Ἀκροβολίζεσθαι, velitari.
*Ἀκροχειρίζεσθαι, summa manu luctari.[2])
**Ἀλεῖσθαι, ἀλεύεσθαι, evitare.[3])
**Ἀναβιώσκεσθαι, in vitam revocare.[4])
Βιάζεσθαι, vim inferre, cogere.[5])
(Γεύεσθαι,) *vid. supra adnot. n.*[6])
*Δεινολογεῖσθαι, graviter conqueri.
*Δηριᾶσθαι (δηρίεσθαι), pugnare.[7])

---

1) Aoristus passivi legitur apud Hom. cf. Buttm.

2) De activi vestigio incerto apud Aeschyl. et Hesych. vid Passow. et Steph.

3) Activum πιλνάναι quidem prorsus inusitatum est, sed πιλνᾶν ex Hesiodo affert Passow.

4) Activum ex Hesychio citatur.

5) Aoristum ex Herodot. VIII, 31. memorat Passow.

6) Activum apud grammaticos legitur.

7) Discernendum a στένειν s. στένεσθαι, *gemere*.

1) Αἰκίζειν alicubi Soph. in Aj. teste Stephano.

2) Ἀκροχειρίζειν *digitis comprehendere* Aristaen. apud Schneid.

3) Activum apud poetas Atticos. Vid. Buttm.

4) De activo vid. Butt.

5) Activo semel usi sunt Homerus et Alcaeus. Vid. Schneid.

6) Compositorum ἀπογεύομαι et προγεύομαι Stephanus media sola memorat, sed aliorum etiam activa.

7) Activum habet Pind.

Δωρεῖσθαι, donare. [8])
*Ἔλπεσθαι, *vid. supra adnot.* n.
*'Εντέλλεσθαι, mandare. [9])
**'Επαυρέσθαι, utilitatem percipere.[10])
*'Επιγλωσσᾶσθαι, male loqui, conviciari. [11])
**Ἕπεσθαι, sequi. [12])
*'Εριθεύεσθαι, ambire.
*Εὐαγγελίζεσθαι, laeta nuntiare. [13])
**'Ιλάσκεσθαι, placare. [14])
*'Ιππάζεσθαι, equitare.
*† Κνυζᾶσθαι (κνυζεῖσθαι), gannire.
*Ληΐζεσθαι, praedari. [15])
*Λυμαίνεσθαι, perniciem afferre, nocere. [16])
*Λωβᾶσθαι, iniuriam afferre. [17])
*Μαντεύεσθαι, vaticinari [18])
Μεταχειρίζεσθαι, *vid.* χειρίζειν *in c.*
*Μηχανᾶσθαι, machinari. [19])
*Νεανιεύεσθαι, inveniliter agere. [20])
Νήχεσθαι, natare. [21])
*Προχειρίζεσθαι, promere, designare. [22])
*Παρακελεύεσθαι, adhortari. [23])
*Προςπτύσσεσθαι, amplecti, amice excipere. [24])

---

8) Activum legitur apud Hesiod. et Pind.

9) Activum invenimus apud Pind. et alios poetas.

10) Activum reperitur apud veteres poetas. Vid. Buttm.

11) Activum ex Aechyl. citant Schneid. et Pass.

12) De activo *occupatum esse circa aliquem*, in compositis maxime usitato, vid. Buttm.

13) Activum suppeditant libri sacri.

14) De activo veteribus poetis *propitium esse* significante vid. Buttm.

15) Activum Thuc. IV, 41. in plerisqne libris. Cf. Duk. ad III, 85.

16) Activum ex Aristot. Probl. et Liban. profert Schneid.

17) Deponens medium quum et Homero sit et Lysiae (*κατὰ Εὐάνδρ.* §. 9) aliisque, ἀπελωβήθη in Soph. Aj. v. 216. non cum Schol. active, sed cum Schneid. Vimar. passive explicuerim. Activum ex Phocyl. memorat Schneid. Lex.

18) Activo utitur Xenoph. Ephes. Vid. Schneid. Προμαντεύειν habet etiam Plut.

19) Activum semel apud Hom. et Soph. Vid. Schneid.

20) Activum ex Plut. et Hesych. citatur.

21) Activum exstat apud Hom. et Paus. X, 20.

22) Activum ex Hesych. et Suid. affert Steph. Arriani locum a Budaco memoratum non invenit Schneid. Sed nos invenimus Dinarch. c. Philocl. §. 14.

23) „Παρακελεύειν invenitur apud Plut., si non mentiuntur exemplaria. Affertur et ex Schol. Thuc." STEPH. cf. *διακελ.* A. 1. et ἐπικελ. atque ἐγκελ. C. 1.

24) „Προςπτύσσειν μύθῳ *interrogare* Nonnus dixit." STEPH.

*Σοφίζεσθαι, argute comminisci, meditari.[25])

*Τεκμαίρεσθαι, a) designare, definire, b) coniicere, argumentari.[26])

*Τεκταίνεσθαι, fabricari, machinari, moliri.[27])

*Τεχνᾶσθαι, artificiose fabricari, moliri.[28])

*Φριμάσσεσθαι, fremere, *de capris et equis.*[29])

*†Φρυάττεσθαι, fremere, insolescere, *de equis.*[30])

Χάζεσθαι, recedere.[31])

*†Χερνίπτεσθαι, manus lavare.[32])

2) PASSIVA.

**Διαλέγεσθαι, colloqui.[1])

Εὐθυμεῖσθαι, laeto animo esse.[2])

3) TUM MEDIA TUM PASSIVA.

Θοινᾶσθαι, epulari, convivari.[3])

De dubio λωβᾶσθαι vid. in 1.)

4) ACTIVA desunt.

5) DEFECTIVA.

*Ἄζεσθαι, vereri.[4])

Κήδεσθαι, curare.[5])

*Μέδεσθαι, curare.[6])

*Μύρεσθαι, lacrimari, lamentari.[7])

(Περιτέλλεσθαι circumvolvi *fortasse magis passivum est.*)

---

25) Scriptoribus Christianis etiam *sapientiorem fieri, doceri*, quod Graece passivo declaratur. Cf. infra.

26) In priore poetica notione habet activum apud Pind. et alios.

27) Activum ex Apollon. Rhod. et Chrysost. laudat Steph.

28) Activi exemplum dat Homerus, cui comicum apud Athen. addit Steph. Contra τεχνάζειν etiam pedestribus scriptoribus activum est.

29) Activum apud Nicet. legi testatur Schneid.

30) Activum conspicitur apud LXX. teste Schneid.

31) Compositum ἀναχάζεσθαι Xenophon semel in activo posuit. Pindaro χάσσαι semel *reprimere* significat. De his et de Homerico κεκαδεῖν vid. Buttm.

32) Activo de *sacrificando* usus est Lycophro testibus Steph. et Schneid.

1) Activum in notione *deligendi, discernendi* habet Herodot. et Dem., in alia Aristoph. Lys. 720. Διαλέξασθαι pro διαλεχθῆναι *colloqui* dixerunt Memnon apud Phot. p. 237. Polyaen. III, 9, 40. et saepius. De *reputando* jam Homerus habet.

2) Activum Plut. et N. T. Aoristi exemplum non in promtu habemus, sed passivum esse ob ἐνθυμ. et προθυμ. persuasum habemus.

3) Θοινηθῆναι Hom., θοινήσασθαι Aesop. aliique.

4) Activum semel habet Soph. Oed. Col. 134.

5) Medii aoristum semel habet Aeschyl., de quo ac de epico κήδειν vim transitivam habente vid. Buttm.

6) Activum ex Homerico substantivo μέδων finxisse Alcaeum et Sophoclem adnotant Schneid. et Passow.

7) Activum apud Hesiod. Vid. Passow.

C. *Deponentia, quorum formae activae exstant quidem aut* a) *non multo rarius, aut* b) *adeo saepius, sed a mediis et passivis nihil differunt.*

1) MEDIA

(quibus rursus praefixo † addimus ea, quorum aoristos non invenimus. Cf. etiam supra adnot. q.)

†Ἀληθίζεσθαι, vera loqui.
Βλακεύεσθαι, socordiae se dare.
Γαυριᾶσθαι, ferocire, superbire.
Γηρύεσθαι (ἀναγ.), clamare.
Γοᾶσθαι, lamentari.
Διακονεῖσθαι, ministrare. [1])
Διαμυθολογεῖσθαι, confabulari. [2])
Δικαιολογεῖσθαι, iudicio contendere.
Ἐγκελεύεσθαι *et* ἐπικελ., hortari, incitare. [3])
Ἐναίρεσθαι, interficere.
†Ἐνυπνιάζεσθαι, somniare.
Ἐπιτέλλεσθαι, mandare. [4])
Εὐδοκιμεῖσθαι, bona existimatione uti. [5])
Εὐθηνεῖσθαι, prospera fortuna uti.
†Εὐκαιρεῖσθαι, vacare, opulentum esse. [6])
Θηρᾶσθαι, venari. [7])
Θύεσθαι, sacrificare. [8])
†Ἰσηγορεῖσθαι, pari dicendi libertate uti.
Καλλιερεῖσθαι, litare. [9])
Κελευ., *vid.* ἐγκελ.
** Κιχάνεσθαι=τυγχάνειν. [10])
†Κλαυθμυρίζεσθαι, vagire.
Κοινοῦσθαι et ἀνακοινοῦσθαι, communicare. [11])
Κοτεῖσθαι, irasci.
†Λινοπτᾶσθαι, retia speculari.
Λοχεῖσθαι, insidiari.
Μαιεύεσθαι, obstetricem agere.
†Μεγαλαυχεῖσθαι, iactare, gloriari. [12])
Μέλπεσθαι, canere.
Μεταχειρίζεσθαι, *vid.* χειρ.

---

1) De medio ad Xen. Cyr. V, 2, 6. injuria dubitavimus. Vid. Luci. Dial. Deor. et Mort. ibique Voigtl. in Ind.

2) Simplex μυθολογεῖν fere semper activum est.

3) Pro veris mediis si habere malis, confer διακελεύεσθαι et παρακελεύεσθαι supra A. 1. et B. 1.

4) Cf. supra B. 1. ἐντέλλεσθαι, quo soluta oratio utitur.

5) Activum Passowius quidem rarum esse affirmat, sed apud unum Isocratem sexcenties legitur, ut Archid. §. 107. 108. Areop. 17. Frequens etiam aliis oratoribus.

6) In hoc verbo formam activam et mediam discernere frustra student Lexicographi; sed media raro tantum legitur.

7) Id excepto futuro fortasse pro vero medio haberi potest.

8) Cf. Ind. Xen. Anab.

9) Cf. Ind. Xen. Anab.

10) Aoristus Atticis semper est ἔκιχον, Homero etiam ἐκιχησάμην. Vid. Buttm.

11) Cf. Ind. Xen. Anab. in ἀνακοιν.

12) Simplex αὐχεῖν cum reliquis compositis semper activum est.

†Μηρυκᾶσθαι, ruminare.
Μικρολογεῖσθαι, parvarum rerum rationem habere, nimis diligentem esse.
Μυθολογ. *vid.* διαμυθ.
Νεμεσᾶσθαι, indignari, irasci.
†Νωθρεύεσθαι, tardum esse.
Νοεῖσθαι, *vid. mox lit.* 3.
†Ξενιτεύεσθαι, peregrinari.
Ὁμολογεῖσθαι, consentire, convenire.[13])
**Ὁρᾶσθαι, videre.[14])
Παρηγορεῖσθαι, hortari, consolari.
**Πέλεσθαι, esse.
†Πλίσσεσθαι, gradi.
Πλωΐζεσθαι, navigare.[15])
Πονεῖσθαι, laboriose conficere.[16])
†Πονηρεύεσθαι, improbe agere.
†Ποτνιᾶσθαι, obtestari, supplicare, quiritari.[17])
Ῥέγκεσθαι, stertere.[18])
Σεμνολογεῖσθαι, magnifice loqui.
Σκοπεῖσθαι (περισκ. προσκ. al.), speculari, considerare.
Σκοπιάζεσθαι, speculari.[19])
Σταθμᾶσθαι, ad amussim exigere, coniicere.
Στρατεύεσθαι, expeditionem suscipere, militare.[20])
Στρατοπεδεύεσθαι, castra metari.[21])
Στωμύλλεσθαι, garrulum esse, nugari, *in activo usitatius teste. Steph.*
Σφετερίζεσθαι, sibi vindicare, peculari.

---

13) Simplex paulo saepius activum est, contra ἀνομολογεῖσθαι et διομολογεῖσθαι hanc solam formam habent in Lexicis.

14) Simplex apud poetas et Herodot. VIII, 27. deponens est, composita etiam in prosa oratione Atticorum. Cf. ad Thuc. I. 1. p. 188.

15) Rarius activum (de quo vid. Schneid. et Passow.) nunc etiam Thuc. I, 13. repositum.

16) Apud Hom. et Hesiod. semper deponens, in prosa oratione multo saepius activum.

17) Apud scriptores recentes in pedestrem orationem transiit.

18) Saepius activum est.

19) Deponens apud Theocr.

20) Apud Pind. Pyth. 1. insolentem aoristum ἐστρατεύθην habet. Activa et media forma in simplici ubique permutantur. In ἐκστρατεύειν utramque discernere male conatur Passow. Etiam ἀποστρατεύειν, συστρατεύειν et ἐπιστρατεύειν ambas formas habent, postremum tamen saepius activam. In aliis compositis deponentis species frequentior est, sicut duntaxat διαστρατεύεσθαι et καταστρατεύεσθαι adnotata videmus. Verborum ἀντιστρατεύεσθαι et ἀναστρατεύεσθαι activa apud recentiores scriptores vim transitivam acceperunt teste Passow.

21) Cf. ad Xen. Cyr. IV, 2, 6. Passowius compositorum fere ubique activam solum formam memoravit, sed in περιστρατοπεδεύομαι repente activum rarum vocat.

Ταμιεύεσθαι, *a*) promum vel quaestorem esse, *b*) reponere, *c*) moderate constituere. [22])

† Τενθεύεσθαι, gulosum esse, catillare. [23])

† Τερατεύεσθαι, portenta loqui. [24])

Τερθρεύεσθαι, praestigiis illudere, argutari [25])

** Τίκτεσθαι, parere. [26])

(Χειρίζειν,) διαχειρ., administrare. [27])

De raro activo μεταχειρ. vid. ad Thuc. I. 1. p. 185.

† Χελύσσεσθαι, exscreare, extussire.

2) PASSIVA.

Ἀπορεῖσθαι, in angustiis esse, egere, dubitare. [1])

Ἀρκεῖσθαι, sufficere. [2])

Ἀσχολεῖσθαι, occupatum esse.

Δυςαρεστεῖσθαι, non contentum esse, displicere.

Εὐπορεῖσθαι, abundare, opulentum esse. [3])

Πολιτεύεσθαι, in civitate vivere, civem se gerere. [4])

Σέβεσθαι, colere, venerari. [5])

Ταλαιπωρεῖσθαι, aerumnose vivere.

Ὑποτοπεῖσθαι, suspicari. [6])

Ὑστερεῖσθαι, defici, egere. [7])

De raro χαλεπαίνεσθαι cf. ad Xen. Cyr. III, 1, 38. et Anab. IV, 6, 2.

Etiam σφακελίζεσθαι gangraena vitiari, *cuius aoristum non invenimus, huc pertineat.*

---

22) In prima notione semper activa, in tertia (Thuc. Xen.) semper media forma poni videtur, in secunda utraque (velut activa Isae. de Philoct. hered. et Lys.)

23) Rariorem mediam formam ex Niceta adnotavit Schneid.

24) Mediam formam usitatiorem vocant Lexicographi. Activae exempla desideramus.

25) Saepius deponens quam activum.

26) Cf. Buttm.

27) In hac notione plerumque activum, medium semper in vi *interficiendi.*

1) In hoc et nonnullis verbis, quae sequuntur, rursus male medium memorat Passow. Vid. Steph.

2) Hanc notionem saltem ei tribuit Buttmannus in Ind. verb. Sed in locis, quos comparavimus, omnibus passivum ἀρκεῖσθαι, ἀρκεσθῆναί τινι, semper est *contentum esse re.*

3) Aoristi passivi exemplum non adnotavimus, sed vix analogiam verbi ἀπορεῖν deserat.

4) Πολιτευθῆναι, vel ἐμπολιτευθῆναι. Thuc. VI, 92. Lys. c. Euandr. §. 5. Isocr. Areop. §. 15. ad Phil. 5. Compositi ἐμπολιτεύειν activum non memorant lexicographi. In notione *rem publicam administrandi* autem πολιτεύσασθαι dicendum. Καταπολιτεύσασθαί τινα Demosth.

5) Σεφθῆναι Soph. vid. Buttm. Activum Homerus nondum habet, sed Pindarus et Attici.

6) Ὑποτοπηθῆναι Herodot.

7) In hac notione libri sacri solum habent, nec aoristi exemplum affertur. Atticis ὑστερεῖν *serius venire, inferiorem esse* valet.

3) TUM MEDIA TUM PASSIVA.

Ἱμείρεσθαι, desiderare.[1])

Νοεῖσθαι *in compositis* ἐπινοεῖσθαι *et* προνοεῖσθαι, *sed apud probatos scriptores vix in* ἐννοεῖσθαι *et* συννοεῖσθαι.[2])

Λοιδορεῖσθαι, conviciari.[3])

Πειρᾶσθαι, conari.[4])

(Πολιτεύεσθαι, *vid. in* 2.)

4) ACTIVA.

Huc solum πέρδεσθαι *pedere* pertineat, quod in aoristo semper habet παρδεῖν. Apud poetas Atticos addas κιχάνεσθαι, de quo supra.

5) DEFECTIVA.

Ἄησθαι, flare.

Βρέμεσθαι, fremere.

Τρομεῖσθαι, tremere.

Denique D) ea verba afferenda essent, quae, ut Latina *punior* et *lacrimor*, rarissime tantum deponentia sunt. Sed de his plenius dicere quum longum et ab hoc loco alienum esset, pauca modo exempla attulisse satis habebimus. Quorum major pars aut tragicis aut communis dialecti scriptoribus tribuenda est. Nam Sophocles active dixit ἀγγέλλεσθαι, ποθεῖσθαι, ὀνομάζεσθαι et alia nonnulla, de quibus vid. Erf. ad Oed. R. v. 148. et 1014., κηκίεσθαι Phil. 690., κυδάζεσθαι Aj. 722., fortasse etiam σεβίζεσθαι cum aoristo σεβισθῆναι Oed. Col. 642., nisi ibi σεβασθῆναι legendum, et ὑπηρετεῖσθαι El. 1298.[a]), ac cum Euripide κλαίεσθαι, στένε-

---

1) Cf. Buttm.

2) Διανοεῖσθαι atque ἀπονοεῖσθαι activis carere et in aoristis semper passivam formam accipere supra vidimus. Ἐπινοηθῆναι active dixit Herodot. VI, 115. Προνοηθῆναι apud Atticos frequens et fortasse solum probandum est. Vid. Lys. adv. Sim. §. 29. 37. Isae. de Menecl. hered. §. 46. Ἐννοηθῆναι contra ex solius Parthenii praefatione adnotavimus.

3) Λοιδορηθῆναι Plat. Gorg. 29. Demosth. Phil. III. Mid. § 132. aliisque, λοιδορήσασθαι Isae. de Philoct. hered. §. 59.

4) Quod inter πειρᾶν et πειρᾶσθαι discrimen statuunt grammatici, id in πειρᾶν *conari, studere* non tantum Thucydides (vid. I. 1. p. 186.) violat, sed etiam Homerus et Herodotus. Πειραθῆναι active perperam solis epicis tribuit Buttmannus. Vid. Herodot. II, 111. Thuc. II, 5. Xen. Cyr. VI, 3, 6. Andoc. p. 125. Isocr. Phil. 30. 120.

a) Idem etiam alibi, ubi minus recte de deponentibus cogites, media insolentius pro activis posuit, ut πέμψασθαι Oed. R. v. 555., ἐκπειρᾶσθαι *tentare* id. v. 361. (si sanum), ἐφίστασθαι *sistere* Trach. v. 338., φῆνασθαι Phil. 944. (Καθαι-

σϑαι atque (cum Pind.) αὐδᾶσϑαι. Non valde mirabere ἀγαπάζεσϑαι et ἀμφαγαπάζεσϑαι (ut ἀσπάζεσϑαι, δεξιοῦσϑαι, σέβεσϑαι) apud Homerum, ἐρίζεσϑαι (ut pleraque verba *certandi*) apud eundem, Hesiodum et Pindarum, ἱκάνεσϑαι (ut ἱκνεῖσϑαι, ἔρχεσϑαι) pariter apud Homerum, κολάζεσϑαι (ut τιμωρεῖσϑαι, ἀμύνεσϑαι) aliquoties apud Atticos (vid. Heind. ad Plat. Protag. 40.), οἰκεῖσϑαι (ut ναίεσϑαι, αὐλίζεσϑαι) apud Herodotum (vid. Port. et Passow.) et in perfecto etiam apud Thucydidem (cf. nos I. 1. p. 192. et de magis dubio οἰκήσασϑαι ad II, 102. VI, 2.), χορεύεσϑαι (ut ὀρχεῖσϑαι et quod activum nonnunquam transitive dicitur) apud Aristophanem (ubi χορεύσασϑαι in Thesm., nam futurum χορεύσομαι apud Aeschylum non multum demonstrat). Jam insolentiora sunt Homericum ὑλᾶσϑαι et Xenophonteum χαλεπαίνεσϑαι (de quo supra). Sed recentiores multa novarunt. Nam apud communis dialecti scriptores legimus ἀπαντᾶσϑαι, συναντᾶσϑαι, ὑπαντᾶσϑαι (vid. Lob. ad Phryn. p. 288.), apud Lucianum (Somn. 6.) ἀγανακτεῖσϑαι, apud Aristidem et alios πλησιάζεσϑαι (secundum poeticum πελάζεσϑαι), apud eundem Aristidem II. p. 391. ἀστράπτεσϑαι (ut ob transitivam vim verbi λάμπειν etiam λάμπεσϑαι dici audivimus, sed ἀστράπτεσϑαι Xenophonti olim male obtrudebatur Cyr. VI, 4, 1.), apud Polyaenum VII, 35. et in Actis Apostolorum ἀπειλεῖσϑαι, apud Parthenium ἐνδοιάζεσϑαι cum aoristo ἐνδοιασϑῆναι (qui apud Thuc. I, 122. jure passive positus est), apud Quintum Smyrn. νοστεῖσϑαι. Sed horum temeritatem nihil moramur.

Accedamus potius ad quaestionem

III.

DE USU DEPONENTIUM.

Quae quamquam plerumque active dicuntur, tamen, ut apud Latinos saepe participia praeteritorum, nonnunquam etiam ipsa praeterita, vim passivam retinent, ita idem in Graeco sermone fieri non mirum est. Sed hic quoque subtilitate et perspicuitate Latinam Graeca lingua superat, quippe quae non temere in quovis genere deponentium hoc admittat, sed cer-

ρεῖσϑαι Eur. Suppl. 771.) Contra ex eodem Sophocle ἄζειν, μηχανᾶν, ἐναυλίζειν, (intransit. Phil. 33., nam transitive etiam alibi legitur,) supra adscripsimus, quibuscum compara προσφέρειν σῖτον, αἴρειν δειλίαν et similia apud Lob. ad Aj. v. 129.

certam regulam sequatur. Quum enim hunc usum, ut Latina, praeteritis temporibus ideoque aoristo, perfecto et plusquamperfecto maxime vindicet, aoristus autem, quo frequentissime opus est, ut paucissima deponentia activa nunc omittamus, tum mediam tum passivam formam habeat, non posterioris [b]), sed prioris modo generis deponentibus passivum usum concesserunt, iisque tum cum significatione etiam formam passivam dederunt, ut omnis de vi eorum dubitatio tolleretur. Quae regula tam certa est, ut media deponentia nec unquam in forma media aoristi passivam notionem accipiant, et, quoties in passivam ejus temporis speciem abeant, etiam significationem mutent. Ita *δέξασθαι* valet *recepisse, δεχθῆναι receptum esse, κτήσασθαι comparasse, κτηθῆναι comparatum esse,* et similiter omnia ejusmodi sunt discernenda; nam quae duo exempla opponantur, eorum alterum ab Hermanno uno jota subscripto remotum, alterum jure addubitatum est. [c]) Eo autem, quo diximus, modo omnia deponentia media, quorum significatio passivum fert, passive adhiberi posse non dubitamus, licet alia aliis frequentius ita ponantur. Exempla Matthiae Gr. §. 495. e. habet *εἰργάσθαι* (et *ἐργασθῆναι*), quod frequentissimum, *ἐντεθυμῆσθαι, μεμηχανῆσθαι* (etiam Hrdt. V, 90. et Isocr. Pan. 10.), *ἐωνῆσθαι* et *ὠνηθῆναι* [d]), *ἐσκέφθαι, ἀφηγῆσθαι,* (cui adde *διηγῆσθαι* et simplex *ἡγῆσθαι* ex Buttm. §. 113. adnot. 7.) *ᾐτιᾶσθαι* (adde *αἰτιαθῆναι* Thuc. VI, 53.), *λωβηθῆναι* (de quo cf. etiam supra B. 1, adnot. 15. et adde *λελωβῆσθαι* Luci. Tox. 25.), *δωρηθῆναι* (etiam in Isocr. Pan. et Diod. V, 49.), *κτηθῆναι* (de quo cf. Buttm. l. d. et in Addend.) atque *κεκτῆσθαι*. Buttmannus suppeditat *βιασθῆναι* et *βεβιάσθαι*, quae valde usitata jure vocat, *δεχθῆναι*, quod pariter saepe legitur, *ἰαθῆναι* (etiam Paus.). Elmsleins ad Heracl. v. 757. dat *θεαθῆναι* ex Thuc. III, 38., et *ὀλοφυρθῆναι* ex eodem VI, 78., quod tamen active intelligeremus, nisi ipsi Thucydidi VII, 30. deponens medium esset. Nos praeterea memoramus *μαντευθῆναι* Herodot. V, 114., *μεμιμῆσθαι* Herodot. II, 132. et Aristoph. Lys. 159., *κεχαρίσθαι* Herodot. VIII, 5., *λογισθῆναι* Herodot. III, 95. Xen. Cyr. III, 1, 33. (sed *ἐπιλογισθῆναι* Herodoto deponens passivum esse supra audivimus), *αἰκισθῆναι* Xen. Anab. II, 6, 29., *φιλοφρονηθέντες* Cyr. III, 1, 40. (ubi non quidem verum passivum est, sed saltem reciprocam vim habet), *πεπαῤῥησιάσθαι* Isocr. *περὶ ἀντ.* §. 10, *πεπραγματεῦσθαι* Plat. Apol. Socr. 7., *ἀκεσθῆναι* Paus. II, 27, 3., *λυμανθῆναι* id VII, 17, 1.; tum quae Passowius affert

---

b) Excipiendum videatur *δέρκεσθαι* ob *καταδερχθῆναι* Soph. Traeh. 1000.; sed hoc verbum etiam activum aoristum habere vidimus, et apud Pindarum adeo *δέδορκα* passive legitur. Vid. Buttm. De *λογισθῆναι* vid. paulo post.

c) Legebatur enim vulgo active *χρησθείς* Soph. Ant. v. 24., ubi nunc *χρησθείς*, et adhuc exstat *ὑποδεχθείς* Eur. Heracl. v. 757., de quo vid. Herm. ad Soph. l. l. Caeterum cf. Elmsl. ad Eur. l. d. et Reisig. Enarr. Oed. Col. p. 182.

d) Cf. Markl. ad Lys. p. 720. Isae. de Philoct. hered. §. 19. Luci. Nigr. et corrige Passowii Lexicon, quod passivum usum hujus verbi negat.

δεδηλῆσθαι (Herodot.), ἠγωνίσθαι (Demosth. cf. Dion. Hal. de Isae.), ῥυσθῆναι (apud poetas recentiores); denique quae e Stephano petantur, ἐντετάλθαι, προκεχωρίσθαι, σοφισθῆναι (cf. Soph. Phil. v. 77.), σφαγιασθῆναι, ἐσκευωρῆσθαι, ἐβδελύχθαι. Ambiguitas aliqua tantum in iis verbis exsistere potest, quae aut, ut A. 3. et C. 3. vidimus, tum deponentia passiva tum media sunt, ex quibus, quae activa forma carent si spectamus, saltem μεμφθῆναι apud Stobaeam t. I. p. 243. passive legitur, atque etiam ἀμιλληθέν Thuc. VI, 31. a nonnullis sic intelligitur; frequentius autem fit in iis, quae alibi activa sunt, sicut πειραθῆναι *tentatum esse* saepe invenitur, et ἐπινοηθῆναι, προνοηθῆναι, λοιδορηθῆναι passive scribere non dubitaremus.

Hactenus de aoristis et perfectis deponentium disseruimus. Nunc ad futura pergimus, quae quum plerumque in activa significatione mediam formam habeant, ab iis verbis, quorum aoristis passivae formae vis passiva tribuitur, etiam futura passivae notionis ducta esse arbitrere. Exempla tamen rarissima sunt, velut ἐργασθήσεται Isocr. Epist. 6. λογισθήσεται Paul. ad Rom. II, 26. Saepius passiva forma tam in deponentibus mediis quam in passivis activam vim retinet. Cujus rei unum modo exemplum, ἐπιμεληθήσομαι Xen., proferre potuit Matthiae Gr. §. 494. c. Per nos accedant praeter vulgare ἐρασθήσομαι (de quo vid. Buttm.) προθυμηθήσομαι (quod plerumque dubium, vid. Heindorf. ad Plat. Phaedon. §. 91.), ἀπαρνηθήσομαι Soph. Phil. 523., διαλεχθήσομαι Achill. Tat. p. 138., περαιωθήσομαι Parthen. 4., εὐλαβηθήσομαι et παῤῥησιασθήσομαι Job., et, si ὀργίζεσθαι deponentibus adnumerare volumus, ὀργισθήσομαι Lys. ἀπολ. δωροδοκ. §. 20. et Dem. Mid. §. 100. Quibuscum compara quae in adnot. h. disputata sunt.

Praesens et imperfectum deponentium denique, sicut apud Latinos, rarissime vim passivam habent, si solum βιάζομαι excipimus, quod apud Thucydidem aliosque aliquoties hoc sensu invenitur. Unum λυμαίνεσθε ex Lysia et dubiae interpretationis εὔχεσθε ex Sophocle potuit citare Matthiae §. 495. e. Nos ad Thuc. I. 1. p. 185. memoravimus, προσεδέχετο Thuc. IV, 19., dubium προυσκέπτετο VIII. 66. (vid. Buttm. II. p. 435.), ἐλογίζετο Dion. Hal. p. 211. Cf. Herodot. III, 95. et N. T. Nunc accedant ὠνούμενα Plat. Phaedon. §. 37. et Aristoph. Pac. 1182., ἰώμενος Paus. III, 20, 5., ἱππάζεσθαι *de equis* (vid. Sturz. Lex.), ληϊζόμενος apud Lucianum teste Dukero ad Thuc. III, 85., οἴεται Lys. adv. Agor. §. 87. (vid. Brem.), κατειργάζετο Aristid. II. p. 168, ἔλδομαι semel apud Homerum Il. 16, 494., σίνομαι Orph. Arg. 212. Εὐαγγελίζεσθαι, τεκταίνεσθαι et τεχνᾶσθαι, de quibus vid. Steph., ab activis non plane inusitatis (cf. supra B. 1.) ducere malis. Ἄξιος αἰτιᾶσθαι ὁ αἰτιώμενος Gorg. p. 94. R. quae Reiskius vertit *culpari meretur culpans*, et lusui verborum data sunt, et aliam excusationem admittunt. Vid. Matth. Gr. §. 535. b. adnot.

fung der 4ten und 5ten, zum Theil auch der 3ten Klasse, in den [illegible] senschaften und der deutschen Sprache.

Nach einem einleitenden Gesange Stiftungsrede, gehalten vom Herrn [illegible]: Ueber das Verhältniß der einzelnen Schulwissenschaften zur allgemeinen [illegible] Hernach Prüfung der Quint. 3 — $\frac{1}{2}$4 Uhr Naturbeschr. oder Geogr. Dr. [illegible] Es deklamirt der Quint. Bornitz das Lied von der Glocke. — [illegible] Deutsch Subr. Fittbogen. Es deklamirt der Quint. Scheimann: [illegible] $\frac{1}{2}$5 Uhr Tert. Gesch. Obl. Stange. Es deklamirt der Quint. Schreiner: [illegible] Nidda von Buri. — $\frac{1}{2}$5 — 5 Uhr Quart. Mathem. (oder Phys.) Pror. [illegible] deklamirt der Quart. Pohle: Walther von Eschenbach von Wyß. — 5 — $\frac{1}{2}$6 [illegible] Quart. Geogr. Konr. Elsner. Schlußgesang.

Freitag früh von 9 Uhr an Prüfung der 3 untern Klassen in den fremden Sprachen und der Religion, der 6ten auch in andern Wissenschaften.

9 — $\frac{1}{2}$10 Uhr nach einem Choral Sexta Relig. Subr. Bäntsch. — $\frac{1}{2}$10 — 10 Uhr Sexta Gesch. oder Geogr. Subr. Fittbogen. Es deklamiren ein paar Sextaner. — 10 — $\frac{1}{2}$11 Uhr Sexta Latein. Subr. Bäntsch. Es deklamirt der Quint. Schönfeld: der Wanderer und der Jüngling von Houwald. — $\frac{1}{2}$11 — 11 Uhr Quarta Griech. Konr. Elsner. Es deklamirt der Quart. Schachert das Nachtgesicht von Fouque. — 11 — $\frac{1}{2}$12 Uhr Quart. Latein. Dr. Reinhardt. Es deklamirt der Quint. Martius: Graf Lauzin von Bürger. — 12 — $\frac{1}{2}$1 Uhr Quint. Latein. Subr. Fittbogen. Es deklamirt der Quint. Menzel: Graf Wolf von Hohenkrähn von Schmidt. — [illegible] Quint. Franz. Konr. Elsner.

Freitag Nachmittag von 2 Uhr an Prüfung der 3 obern Klassen in den Wissenschaften und der Franz. Sprache, Prämienvertheilung und Versetzung, Entlassung der Abgehenden.

Nach einem einleitenden Gesange Prim. Gesch. Obl. Stange. $\frac{1}{2}$3 — $\frac{1}{4}$4 Uhr Sek. Franz. Obl. Heidler. Es deklam. Quart. Hoyer: Die Hand und die Rose, Ballade von Beck. — $\frac{1}{4}$4 — $\frac{3}{4}$4 Uhr Tert. Phys. Pror. Schmeißer. — $\frac{3}{4}$4 — 4 Uhr Tert. Literär-Gesch Dr. Reinhardt.

Nach 4 Uhr Prämienvertheilung und Versetzung. Hierauf lat. Rede des Abitur. Marcel: de vera ratione vitae fruendi, und deutsche Rede des Prim. [illegible]: über den Nutzen des Umgangs in Hinsicht auf Geistesbildung, woran sich einige Abschiedsworte für die Abgehenden knüpfen.

Diese Feierlichkeiten werden die Herren Kuratoren der Anstalt und alle Freunde und Freundinnen des Schulwesens, besonders aber die Eltern, Pflegeeltern und Aufseher unserer Schüler, recht zahlreich mit Ihrer für Lehrer und Lernende gleich ermunternden Gegenwart zu beehren hiermit ergebenst gebeten.